Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0001-9

D.F.V.T.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0002-4

2 H 4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0004-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0005-1

Ex solo DOMINI verbo sapientia vera.
In solo CHRISTI merito fiducia vera.
In solo COELO vita est et patria vera.

Generoso, Magnifico atque
maximè Strenuo Viro
Dn. WOLFGANGO CONRADO
a Thumshirn,
Haereditario in Ponitz et Kobitz,
Serenissimi Illustrissimique Saxoniae Duci,
Lineae Altenburg.
Cancellario gravissimo, Consiliario
intimo meritissimo,
Redituum Provincialium Directori
eminentissimo,
Patrono ac Studiosorum fautorum
Promotori maximo,
Praepotim colendo
Theses hasce Theologicas, ad eumque
omnia sua studia nuncupat
Ipsius Generosae Magnificentiae
aeternum devotus
Joh. Ernestus Gerhardus D. et Prof. P.
Jenae.

J. J.

THESIUM THEOLOGICARUM

*DECAS PRIMA*

*DE*

# SCRIPTURA SACRA,

*Quam*

PRÆSIDE

JOHANNE ERNESTO GERHARDO, D. & P. P.

*publicè ventilandam*

*proponit*

M. JOHANNES VALENTINUS SCHNEIDERUS Rudolphopolitanus.

*Ad d. 4. Jan. Anno 1654.*

---

*JENÆ,*

*Typis & Sumtibus* GEORGII SENGENWALDI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0007-2

I. N. D. N. J. C.

# DE SCRIPTURA SACRA.

§. I.

SCriptura Sacra eſt verbum DEI, α impulſu ac mandatô ejusdem β à Prophetis, Apoſtolis & Evangeliſtis litterarum monumentis conſignatum.

α Contra varios, Epicuræos, Ethnicos, Judæos, Turcas, aliosq; de quibus videatur Dn. D. Walth. Officina Biblic. ſect. 2. p. 419 & ſeqq.

it. Contra *Pontificios*, quorum verba adducit B. Parens meus Conf. Catholicæ Tom. 2. p. 337. 338. Referri huc *convitia Pontificiorum nonnullorum in Sc. S.* poſſunt, de quibus vid l. c. lib. 1. p. 340. & ſeqq. it. Dn. D. Walth. offic. Bibl. p. 423. ſeq.

Confer ſententiæ orthodoxæ explicationem & confirmationem apud B. Par. Confeſſ. Cathol. lib. 2. Spec. part. 1. (qui liber nobis deinceps veniet nomine Tomi 2.) Adpend. p. 339. item lib. 1. p. 345. & ſeqq. nec non Colleg. Iſagog. p. 2. 3. Exegeſ. L. 1. §. 7. 8 12. Adde Dn. D. Waltherum Offic. Bibl. p. 6. & ſeqq.

β Ex Jer. 36, 2. Habac. 2, 2. Apoc. 1, 11.

Contra *Pontificios*, quos adducit B. Parens Diſpp. Iſagog. p. 6. 7. it. Exegeſ. Loc. 1 de Sc. S. §. 23.

Confirmationem & explicationem noſtræ ſententiæ vid apud B. Par. Diſpp. Iſag. p. 7. it. Conf. Cathol libro ſive Tom. 2 pag. 266. it. Exegeſ. Loc. 1. §. 18 & ſeqq. usque ad 32. Addatur omninò Dn. D. Waltherus Offic. Biblicæ p. 107. & ſeqq.

§. 2.

DEUS igitur quia principalis Script. S. auctor eſt: inde & hujus S. S. auctoritas neutiquam ab Eccleſiæ teſtimonio vel auctoritate, quæ ipsâ Scripturâ S. major ſit (*a*) neque tanquam teſtimonio unico eodemq, convincente, (*b*) quoad nos

etiam dependet: nec talis quoq; eſt, ut nitatur ſaltem rationibus quibusdam probabilibus. (*c*) Sed habet illam Sc. Sacra ex & in ſe(*d*)proindeq; eo nititur præcipuè ſoloq; fundamento, quòd Apoſtoli aliiq; ſancti DEI homines inſtinctu, directione & impulſu Spiritus S. loquuti fuerint, (*e*) ſcripſerintque;(*f*)ac propterea ab omni tum memoriæ lapſu,(*g*) tum alio errore(*h*)in officio hoc fuerint immunes. Atq; hinc Spiritus S., cujus manus quaſi ſancti illi DEI homines fuerũt, ſummus & authenticus, in Scripturis ac per Scriptur. ad nos loquens, controverſiarum de rebus fidei judex eſt, non Pontifex Romanus. (*i*)

(*a*) Ad rationem adductam adde alias apud B.P. C.C. T.2. p. 280.

Contra *Pontificios*, quorum verba adducit B.Par.Conf.Cath.T.2. p.275.Exeg.Loc.1.de Sc.S.§.37.

Noſtræ ſentent.expoſ.vid.apud B.P.Conf.Cath.T.2. p.273. it. Diſput.Iſag.p.78.& ſeqq. Cumprimis Exeg.Loc.1.de Sc.S.§ 34. ad 51. adde Dn.D.Walther.offic.Bibl.p.209.

(*b*) Contra *Pontificios*, quos adfert B.P.Conf.Cath.T.2. p. 277. it. Exegeſ.l.1.§.37.

Reſponſiones ad except. adverſ. vid. apud B. P. Conf. Cath. T. 2. p.297.& ſeqq.Exegeſ.L.1.§.34.ſeqq.

(*c*) Contra *Gordon.* ac *Tannerum*, quos allegat etiã Dn.D.Hülſem. Brev.Ext.p.7.it.contra *Greg. de Valentia*, adductum à B.P.Diſpp.Acad. in Photino-Pap.§.6. it.contra *Photinianos*, quos allegat B. P. Diſpp. Acad. l.c.

(*d*) Ex 1.Joh.5,6,9,10, aliisq; locis, adductis à Dn.D.Hülſem.Brev. Ext p.7.

Contra *Pontificios*, quorum verba allegat B. Par. Conf. Cath. T.2. p.275 *Gordonum*, *Tannerum* apud D.Hülſem.Brev.Ext.p.7. adde Dn. D. Walther.Offic Bibl.p.34.& ſeqq.

(*e*) Ex Actorum 2,13.vid.D.Hülſem.Brev.Ext.p.7.

Contra *Junium*, de quo vid. B. Par. Diſpp. Acad. part. 2. diſput. 1. Harm.Calvino-Photin.§.15.

(*f*) Ex Matth.28,19.20. 2.Tim.3,16. aliisq; rationibus, apud B.P. Conf.Cath.T.2.p.267.

Contra *Pontificios*, de quibus vid.B.Par.Conf.Cath.T.2. p.267.

Expo

Expoſitionem noſtræ ſententiæ quære apud Eund. Conf. Cathol. T.2.p.266.

(*g*) Contra *Pontificios* nonnullos, *Eraſmum, Canum, & Alb. Piggium*, quorum verba exhibet B.P.C.C.T.2.p.313. Dn. D. Walth. Offic. Bibl. p.13. it. contra Lud. *Capellum* ſpic. ad C.23. Matth. v.35. & nonnullos *Calvinianos* alios. quos vid. apud B. Par. Diſpp. Acad. P.2. Harm. Calvino-Photin. D.1. §. 5. & apud Waltherum loco proximè citato. it. contra *Photinianos*, de quibus vide B. Par. loco proximè allegato.

(*h*) Ex Gal.1,11. 1. Cor.15,15.

Contra *Pontificios* quosdam apud B. Par. C.C.T.2.p.313.314.

it. contra *Photinianos*, quos vide apud Eund. Diſp. Acad. part.2. Diſp 5.§.5. in Photino-Pap. §.8.

(*i*) Ex Joh. 14, 26.

Contra *Pontificios*. Vid. Conf. Cath. l.1. p.308.

Reſponſiones ad Pontif. argumenta vide apud B. Par. Conf. Cath. l.1. p.322.

§. 3.

Eſt quoq; Scriptura hæc ſacra, quoad illa quæ ad fidem & bonos mores neceſſaria ſunt, (*a*) ſatis clara ſive perſpicua (*b*) & perfecta. (*c*) Ipſa quoque ſui interpres (*d*) ac controverſiarum judex, non litera mortua. (*e*) adeò, ut Eccleſiæ h.e. (ſecundùm Pontificiorum quorundam analyſin) Pontificis Romani magiſteriali interpretatione neutiquam opus habeat. (*f*) Neq; etiam ad rationis humanæ amuſſim myſteriorum fidei expoſitio inſtituenda eſt. (*g*) vel ex rationis principiis myſteria impugnanda revelata.

(*a*) Ex Actor.20,27. 2. Tim.3,16.

Contra *Pontificios*, quos allegat B. Par. Conf. Cathol. L.1.p.29.

(*b*) Ex Pſ.119,105. 2. Petr.1,19. additis inſuper aliis locis, de quibus T.2. Conf. Cath. p.211.

Contra *Pontific.*, quorum verba vide Conf. Cath. T.2. p.210.211.

it. contra *Weigelium*, cujus verba exhibet B. Par. & ſimul refutat Diſpp. Acad. P.2. D.1. de G.D. §.20.

(*c*) Ex Joh.0,20,31. adde Deut.4,2. Gal.1,8. Apoc.22,18.

Contra *Pontificios*, quorum verba videantur apud B. Par. C.C. l. 1.

 p.29.

p.29.Exeg.L.1.c.18.19. Dn.D.Walther.in Offic.Bibl.

De orthod. ſententia & de Adverſariorum exceptionibus.

Vide B.Par.Conf.Cath.l.1.p.28.294.7.ſeqq.&Col. Iſag.l.1.c.11.12.

Contra *Photinianos*, quos adducit B.P. Diſp. Acad.P.2.diſp.5.§.4. it. contra *Weigelium*, cujus verba allegat refutatq; B.P. Diſpp. Acad.P.2.D.1.de G.D. §.22.

*(d)* Ex 2.Petr.1,20.add.Conf.Cath.T.2.p.224.

Contra *Pontificios* apud B.Par.Conf.Cath.T.2.p.211. 222. & ſeqq.

*(e)* ex 1.Tim.3,15.16. plura fundamenta exhibet Conf. Cath. lib.1. p.76. & 87.

Contra *Pontificios*, quorum verba adducit B.Par.Conf.Cath.lib.1. p.75. & 87.

it. contra *Weigelium*, cujus verba horumque refutationem vide Diſp.Acad.part 2.D.1.de G.D.§.23.

it. contra *Photinianos*, de quibus videſis Diſpp. Acad. Part. 2. in Photinopap.§.12.it. Exeg.L.1.§ 471.ſeqq.

it.contra quosd.Calv.apud B.P. loc.cit.

*(f)* Contra *Pontificios* apud B.P.C.Cath.lib.1. p.195. 196. & ſeqq.

*(g)* Ex 2. Cor. 10,5.

Contra *Pontificios* apud B.P. Conf.Cath.l.1.p.796.ſeqq.

it. contra *Photinianos*, quos adducit B.P.Diſpp.Acad.Part.2.Photinopap.§.9.10. nec non contra *Calvinianos*, de quibus agit B.Par. l.c. in Harm.Calvino-Phot.D.1.§.16.

§. 4.

De hâc divinâ Scriptura affirmamus, quòd ſolus textus Ebræus in V. ac Græcus in N T. authenticus ſit, indeq; cunctis omninò verſionibus præferendus. *(a)* Nec permiſit etiam providentia Divina, ut textus hic *(b)* authenticus, hominum ſive malitiâ ſive negligentiâ *(c)* univerſaliter quoad omnes Codd. corrumperetur, *(d)* vel igne abſumeretur, aut liber aliquis canonicus amitteretur.

*(a)* Contra *Pontificios*, tum, qui 70. Interpp. verſioni, tum, qui Vulg. verſioni authenticam authoritatem tribuunt: de quibus vid. Conf.Cath.T.2 p.124.135. it. Colleg.Iſag.L.1.C.17.adde Dn. D.Walther. Offic.Bibl.p.75.311.

nec non contra *Photinianos*, quorum verba adducit B.Par.in Photino-Pap.§ 16.Diſpp.Acad.Part.2.

*(b)* Ex

(*b*) Ex Joh.5,39. Act.15,21. Additis rationib. aliis ex C.C. T.2. p. 80.
Contra *Pontific.* vide Confeſſ. Cathol. T.2.p.78.79.
Loca ab Hundl. aliisq; corruptionis accuſata vindicavit Dn. D. Glaſſius Philol.S.lib.I. Ad argumenta Pontif. reſpondit B. Par. Conf.C. T.2.p.89.& ſeqq.119.122.it. Exeg.L.1.c.14.16.
(*c*) Ex Eph.2,20. Matth.5,18. Add. Conf. Cath. T.2.p.81.
Contra *Pontificios*, de quibus vid. B. Par. Conf. Cath T.2. p. 79.
(*d*) Contra *Pontificios*, T.2. Conf. Cath. adductos.
(*e*) Ex Eſ.40,6. ac aliis locis allegatis in Conf. Cath. T.2.p.72.
Contra *Pontificios*, quorum verba adducuntur C. Cath. T.2. p.71.

§. 5.

Etſi hodiè in Bibliis, quæ Scripturæ S. (appellatione hâc generaliter ſumtâ) veniunt nomine, contineantur Canonici pariter & apocryphi (puta librum Tobiæ, Judith, Sapientiæ &c.) libri: attamen, quæ de Scripturâ Sacrâ dicta hactenus ſunt, illorum tantùm encomia propria ſunt, non horum. Loquimur verò hîc de libris apocryphis V. T. quippe quorum neutiquam eadem, quæ librorum Canonicorum in probandis fidei articulis auctoritas eſt ac eſſe debet. Aliter ſentiendum de libris, quos nōnulli itidem Apocryphos vocant, Novi Teſtamenti: hos enim utiq; magni facimus, quemadmodum omnes omninò N.T. libros. Pontifex verò Romanus, ut qui ipſe in rebus fidei errare poteſt, ac proinde non infallibilis eſt, libros apocryphos reddere Canonicos haut poteſt.

§. 6.

Habent tamen & libri apocryphi V. T. ſuam utilitatem aliquam: nec incommodè in Eccleſiâ leguntur ad plebis ædificationem. Cæterùm eandem in probandis fidei articulis vim habent, quæ per immotam conſequentiam ex libris Canonicis deducuntur, quam habent illa, quæ αὐτολεξεὶ ſive κατὰ τὸ ῥητὸν in iis leguntur.

§. 7.

Sola igitur Scriptura Sacra, canonicis comprehenſa libris, autoritate quia gaudet divinâ, indeq; articulorum fidei

nor-

norma & clara & unica ſufficiensq; eſt : patet, quòd libri alii ſcriptaq; ſive antiquorum ſive neotericorum, quocunq; tandem veniant nomine, parem S. Scripturæ auctoritatem non habeant, nec huic æquiparanda; multò minus Script. Sacræ præferenda, ſed univerſa ei ita ſubjicienda ſint, ut aliâ ratione non recipiantur, niſi teſtium loco, & quatenus cum Script. S. conveniunt.

§. 8.

Scripturæ Sacræ ſenſus literalis unicus tantùm uniuscujusq; dicti eſt, à quo ſine urgente neceſſitate haut abeundum. Senſus verò litteralis is dicitur, qui ex littera fluit, Spiritus ſancti ſcopum attingit, eidemq; conformis eſt. Ut ut verò ex ſenſu myſtico innato & ab ipſo Spiritu ſancto monſtrato argumenta peti etiam poſſint: attamen ex myſticis ſenſibus in Scripturam ſacram illatis, argumenta firma in Theologicis quæſtionibus depromi haut queunt, ceu ex ſenſu litterali.

§. 9.

Finis Scripturæ ſacræ eſt, ut nos homines per Spiritus ſancti gratiam, verâ in Jeſum Chriſtum fide, per verbi divini ſive Sc. S. lectionem vel auditum quæ generatur, ad vitam æternam erudiamur.

§. 10.

Hic finis cùm ex ſeriâ DEI voluntate omnes homines concernat; textum verò originalem propter linguarum Ebrææ & Græcæ ignorantiam non quilibet intelligat, inde æquũ eſt, ut in Linguas Laicis notas ſacræ Litteræ quoq; transferantur: cùm hi nequaquam Scripturæ ſacræ lectione ſint privandi, ſed potiùs ad eam invitandi.

L. B.

*Animus erat, ad eum modum, quo theſes priores illuſtratæ, reliquas etiam explicare: verùm chartarum anguſtia commodiori notas iſtas reſervare tempori ſuadet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0016-2

Vd A 6418

ULB Halle 3
002 920 379

VD 17

Retro

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0017-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0018-3

J. J.

THESIUM THEOLOGICARUM

*DECAS PRIMA*

*DE*

# SCRIPTURA SACRA,

*Quam*

PRÆSIDE

JOHANNE ERNESTO GERHARDO, D. & P. P.

*publicè ventilandam*

*proponit*

M. JOHANNES VALENTINUS SCHNEIDERUS Rudolphopolitanus.

*Ad d. 4. Jan. Anno 1654.*

---

*JENÆ,*

*Typis & Sumtibus* GEORGII SENGENWALDI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643548-p0019-2